

Innocentius Episcopus Servus Servorum Dei
 Carissimo in Christo Filio Walificoni Lodomerie
 Regi Illustri

Salutem et Apostolicam Benedictionem

De matrimonio Walificonis, seu Wersiliconis
 Lodomeriae Regis legitimo habendo.

Etsi coniunctio copule conjugalis in tertia et quarta
 consanguinitatis, vel affinitatis linea sacris
 sit canonibus interdicta, provide tamen su-
 per his interdum Romana dispensat Eccle-
 sia, maxime cum urgens necessitas, vel evidens
 utilitas id exposcit. Cum igitur carissime in
 Christo filie Dubrauce Reginae Illustris uxo-
 ri tue, cui in tertio consanguinitatis gradu at-
 tines, matrimonialiter sis coniunctus, nos at-
 tendentes devotionem, quam habes ad Romam,

nam Ecclesiam, quodque in ea manere desideras, et inducere alios ad eandem, ut in huiusmodi matrimonio, non obstante impedimento predicto, remanere libere valeas, tecum auctoritate predicta dispensamus. Nulli ergo etc. nostre dispensationis etc. Datum Lugduni nonis Decembris, anno V.

Descriptum et recognitum ex autographo Regesto Literarum apostolicarum f. r. Innocentii PP. IV., an. V. ep. 419. quod adservatur in Tabulariis Secretioribus Vaticanis. In quorum fidem hic me subscripsi, et solito signo signavi.

Dabam e Tabulariis praefatis VII. Kalendas Junii MDCCCXXXVII.

In eundem modum scriptum fuit Dubrauce Reginae ejusdem Helificonis uxori.



M. Marini
Tabular. S. R. E. Praefatus

[Faint, illegible handwriting]

[Faint, illegible handwriting]

[Faint, illegible handwriting]

[Faint, illegible handwriting]



[Faint, illegible handwriting]